



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

291. Quando iudex laicus, & Ecclesiasticus possint cognoscere de crimine adulterij? Et an de adultero ad pœnam sanguinis imponendam solus iudex sæcularis sit competens, & quod ad alias pœnas sit ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

# De Immunit Eccles. Resol. CCXC. &c. 245

Doctorum afferentium, Ecclesiam laicos in contraria, de cuius nullitate, vel exceptione agitur per in integrum restitucionem, laicos coram Ecclesiastico iudice posse conueniri. Notandum est etiam, quod supradicta sententia non solum procedit in rebus Ecclesia, sed etiam in rebus Clericorum; ita ut laici eorum inuasores, coram Ecclesiastico iudice conueniri, & coeteri valeant; quicquid in contrarium afferant Barbosius, Decianus, Pereira, & alij, putantes minimè res Clericorum potiri priuilegio rerum Ecclesiasticarum, neque propter violentiam eis illatam, posse laicos trahi ad Ecclesiasticum Iudicem: quia sunt omnia notanda, ut obseruat docte Barbo loco citato.

3. Et pro fine huius Resol. obseruandum est, etiam male Ceuallos *vbi supra n. 17.* docere, laicum non posse conueniri coram iudice Ecclesiastico, si verba iniuriosa aduersus Clericum emisi: nam contrarium docent DD. & inter Hispanos ipsos Ioan. de Hesia in *Curia Philip. part. 3. §. 2.* num. 6. vbi sic aferit: [Conoce tambien el Iuez Ecclesiastico contra legos, que injurian a los Clerigos, y personas Ecclesiasticas, aunque tambien lo puede hazer el seglar.]

## RESOL. CCXC.

An index Ecclesiasticus possit punire adulterum, vel hoc crimen sit miseri fori? Ex part. 4. tract. 1. Resolut. 16.

*Si hoc in Regia part. 2. cap. 56. num. 11.* quia crimen adulterii secularis est, ratione materiae & personarum: Absurdum ergo videretur afferere quod ad punitionem criminis secularis Ecclesia cognoscere possit, alias enim illud idem de furto & homicidio debet admitti, quo nihil absurdius dici potest; nam Ecclesia in adulterio & similibus solum ad correctionem le intromittere debet, propter peccatum ratione spiritualis finis, non vero vt vindicet, quia punitione subdit ad secularis magistratus spectat, Ita ille.

2. Sed haec opinio est contra communem opinionem Doctorum, & principalem Canonistatum in cap. gaudemus de diuorciis. Couartuua, part. 2. cap. 7. §. 7. num. 20. Abbatis in cap. tne, num. 6. de procurat. & in cap. tne sit, de foro competent. num. 24. Layman in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 2. n. 5. & aliorum afferentium adulterium esse crimen mixti fori, tum quia per adulterium peccatur contra matrimonium, quod est unum de Sacramentis Ecclesiae, & sic aliquo modo peccatur contra Ecclesiam. Quae ratio est cur etiam sacrilegia in Ecclesiastico foro puniantur, quin immo adulterium continet in se sacrilegium, ut afferit Imperator in *Lquamuis, C. de adulterio.* ergo, &c. & ideo prater Doctores citatos hanc sententiam docet Bellettus in *diquif. Cleric. part. 1. tit. de fauore Clericorum reali. §. 5. n. 63.* vbi citat Felipum, Archidiaconum, Claram, & alios.

## RESOL. CCXCI.

Quando index laicorum & Ecclesiasticus possint cognoscere de crimine adultery?

Et an adulterio ad panam sanguinis imponendam solum index secularis sit competens, & quoad alias penas sit causa mixti fori, & ideo deinceps locus præventionis?

Ideam dicendum est, si de diuortio, & amissione doris Tom. IX.

agatur, vel an in causa diuortij solus index Ecclesiasticus sit competens?

Et an, si de sola separatione coniugum ad tempus ob leptam vel aliud impedimentum agatur, solus index Ecclesiasticus sit competens?

Et quid, quando questione mota est de alimentis praestans adulterio a viro separata? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 87. alias 86.

§. 1. **D**E hac quæstione agunt Ioan. de Hesia in *sup.* hoc in Curia Philippica, qrest. 3. §. 2. num. 20. Co- Ref. præ- viderat, de spons. part. 2. cap. 7. §. 7. num. 12. Pereira in l. si cu- ratorum, vers. lafis num. 22. Suarez de Paz in *praxi tom. 2. pral. 2. num. 32.* Miranda in *ord. iudic. tom. 1. quest. 1. art. 5. concl. 7.* Martha de iurisdiel. part. 2. cap. 19. Vincentius de Franco decif. 312. Ceuallos de cognit. per viam violencia, part. 2. quest. 8. Riccius part. 5. collect. 1076. Farin. in *praxi crim. p. 3. q. 99. n. 112.* & p. 5. 9. 141. n. 2. Azor. p. 2. lib. 3. c. 53. q. 2. & alij.

2. Dico igitur, quod de adulterio ad paenam sanguinis imponendam, solus Index secularis est competens, quoad alias vero paenam est mixti fori, & idem datur locus præventioni. In causa vero diuortij Index Ecclesiasticus solus est competens, ad cognoscendum de adulterio. Ita DD. citati, quibus addit Germonium de *sacror. immun. lib. 3. c. 12. un. 58.* & Mi- randa de *ordine iudiciali. q. 1. art. 5. concl. 6.* Sanchez de *matrim. tom. 3. lib. 10. disp. 8. num. 15.* vbi refellit De- ciuim in *conf. 21. 2. n. 2. &* alios afferentes, quod si simul agatur de diuortio, & amissione doris, talis cognitio est mixti fori.

3. Imo, esti de sola coniugum separatione ad tempus ob leptam, vel aliud impedimentum agatur, solus Index Ecclesiasticus est competens: quidquid in contrarium afferat Rupellanus *forensi. insti. Gallie.* lib. 1. c. 25. Et si quando ageretur de diuortio coram Iudice Ecclesiastico, quæstio alimentorum, & doris amittendæ, tanquam ei accessoria, pertinet ad eundem, secus autem, dum causa principalis verteretur de dote: nam talis cognitionem pertinere ad solum Iudicem laicum, existimandum puto.

4. Ex his autem inferit Sanchez n. 17. quod quæstione mota de alimentis praestans adulterio a viro separata coram iudice seculari, viro que excipienti de sufficiensi causa diuortij, debet secularis Index nisi supercedere, donec Ecclesiasticus diuortij quæstionem dirimatur. Ita ille, & alij: quæ omnia pro praxi sunt valde adnotanda. Sed circa prædicta, & multa alia, in ordine ad præsentem materiam, vide Barbo de *poteſt. Episc. p. 3. allegat. 84. per tot.*

## RESOL. CCXII.

An index Ecclesiasticus possit punire laicos concubinarios?

Et an concubinatus sit crimen miseri fori? Ex part. 1. tr. 2. Ref. 88. alias 87.

§. 1. **R**espondeo affirmativè, vt clarè pater ex Concil. Trident. *sess. 24. c. 8.* Aduertendum est tamen, quod dictum Concilium non tollit alias penas à iure communis vel statutis synodalibus, contra concubinarios inflictas, nec alium modum procedendi contra eosdem, inducit nisi velit Ordinarius eos excommunicare: quia tunc forma d. c. 8. seruanda est. Et ita fuisse decifum à Sacra Cardinalium Congregatione testatur Armendariz in *Recop. leg. Naugard. 1. 5. tit. 3. leg. 2. n. 2.* & post illum Barbo in *collect. 10. 1. tit. 35. cap. 1. n. 3.* qui n. 4. doctè, ut semper solet.

2. Ex his inferit, posse Episcopum in prima ad- monitione